Quelle: https://manuscripta.at/?ID=365
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

odo. alius pugnabit pro uobis et uos tace-
bitis. alius .i. xpc. Quattuor uersus trac-
tus significant .iiii. partes crucis. que si-
milis est ultime littere hebrei alpha-
beti. tau que sonat signa eis. Omnia
.n. uolumina ueteris legis figrauerunt cru-
cem domini. Hoc ergo die debent dici .iiii.
uersus in tractu. ad designandum .iiii.
partes crucis. sic et .v. domini in quarta fe-
ria. quia .v. uicibus exiuit sanguis de illo.
primo in circumcisione. Secundo in ortulo.
tertio in flagellatione. iiii. in crucifixi-
one. v. in lanceatione.
Sequitur de ordine officii. primo leguntur
due lectiones de ueteri testamento.
Una de lege. altera de prophetis et sine
titulis. et duo tractus inter cantantur.
Unus .iiii. uersuum alter plurium. postea le-
gitur passio et sine titulo. deinde fiunt oratio-
nes pro omni gradu ecclesie. et pro gentilibus
et iudeis. et hereticis. et scismaticis. de-
inde crux extrahitur. et .iii. faciunt aggeni-
culones. cantando grece et latine. Ay-
os. Sc̄s. et .iii. uersus cantantur. postea domini-
cum corpus quod reseruatum est in die
cene super altare ponitur. et cantata
dominica oratione. cum prefatione posita .s.
orem preceptis et c. communicatur. deinde psal-
ue sporum cantantur et cum oratione. Respice
domine. et ita officium terminatur.
His tamen hystorice prosecutis
quid significent uideamus. Due
lectiones leguntur quia pro duobus
populis passus est xpc. hebreo .s. et gentili.
Una est ex lege aleuitico sumpta. altera a
prophetis .s. osee. quia xpi passio et a lege pre-
figurata fuit et a prophetis predicta sine ti-
tulis leguntur. et passio similiter. quia xpc

nostrum caput nobis aufertur. Tractus .iiii.
uersuum significat quia per xpi passionem re-
dimitur. qui ex .iiii. constat elementis. Ideo
xpc nec in celo. nec in terra crucifixus
est. sed in medio .s. in aere. fecit .n. pa-
cem inter celestia et terrestria et inter
ipsa terrestria. erat .n. inimicicia inter
hominem et hominem. sed maior inter an-
gelum et hominem maxima inter deum et
hominem. Ipse ergo xpc pacificauit omnia
in cruce. Ipse .n. fecit utraque unum.
Ideo est lapis angularis tractus prolixior
representat magnum bellum dauid contra
goliam. et xpc noster dauid hodie ma-
gnum goliam .i. diabolum debellauit.
Queda ecclesie tractum quod habitat can-
tant. quia xpc a diabolo latenter fuit
temptatur. uelut a dracone. latitan-
te in petra. postea in passione domini
ab ipso tamquam a leone forti acriter
est uexatus. per hunc uersum notatur. Super
aspidem et c. Passio legitur. quia in re xpc
tunc paciebatur. cum autem uentum est ad illum
locum. Diuiserunt sibi uestimenta mea. et super
uestem meam mi .s. tunc duo subdiaconi
duo tortia uel aliquos alios pannos
altari super positos tollunt. quod .iiii. mi-
lites crucifigentes xpm de uestibus illius
fecerunt ad hystoriam representatos uel
remotio pannorum fugam significat apostolorum.
qui erant quasi uestes xpi. Vestis domini
in consutilis non fuit uel partita. sed sorte
missa. quia coniungit unitas quod unitas eccle-
siae numquam potuit scindi a scismaticis uel
hereticis quia non est sapientia contra deum. xpc
cum in cruce pateretur et tribularetur pro-
lixe orauit. decantans psalmum .s.
Deus deus meus respice in me. usque ad. In te